

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Caspar Mauritius Johannes Lagonius Velleius

De Statu Ecclesiastico Dissertatiuncula

Rostochi[i]: Richelius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738561878>

Druck Freier  Zugang



R U. Theol 1657.

Mauritius, Caspari

Kurt. Vellejus, Iohannes Sagonus

DE STATU ECCLESIASTICO

Dissertatiuncula,

Qvam

D E O gratiam dante,

Cum approbatione Venerandæ Facultatis
Theologicæ in Inclyta Rosarum
Academia

SUB PRÆSIDIO

Viri Magnifici, Excellentissimi

DN. CASPARI MAURITII

SS. Theol. D. ejusdemq; P.P. celeberrimi,
ad D. Mar. Eccles. meritissimi, & Academiæ
p. t. Rectoris, Avunculi sui plurimum
honorandi,

publico Doctorum examini subiectam
defendit Autor

JOHANNES LAGONIUS VELLEJUS,

Cimbrô-Danus.


Dic 12. Aprilis horis antemeridianis.
in Auditorio Majori.

— 6 — * (9 —

ROSTOCHI

Literis Johannis Richelii, Sen. Typogr.

Anno cœ 165. LI.



JOVA JUVA!

Thesis I.

Quemadmodum summum, unicum ac proprium vere & Catholicae Ecclesiae caput, CHRISTUS JESUS, eam invisibiliter per Spiritum sanctum: Sic eandem visibiliter per regni sui cœconomos & ministros in hisce terris regit & gubernat.

Ephes. 1, 22
23. & 4.
v. 15, 16.

II. Verum quia Deus non est confusionis author, sed vult, ut omnia in Ecclesia fiant & *χριστον την οικουμενην*, ut olim in V. T. ita hodie in N. ditparitatem ordinum & graduum in eadem ad finem usq; mundi servatam voluit. Nam veluti in Re- publ. turbabuntur omnia, nisi sit, qui imperet, & qui pareant: Ita qvoq; inordinatissimum futurum est status Ecclesiastici corpus, nisi ordinum & graduum dispar dignitas admittatur.

Ordo in
Ecclesia
1. Cor. 14.
v. 33, 40.

III. Sciendum tamen, quod anteqvam lex per Mosen ro- garetur, nulla in literis sacris extent documenta, è quibus certi gradus in statu illo sacro colligi possint, sed post latam legem, in usu primum esse cœperint, continuati postmodum in T. N.

Ante Mo-
sen nullus
fuit.

IV. Ad certum tamen numerum præcisè nunquam de- terminati fuerunt, sed prout usus Ecclesiae exigebat, jam plures, certus nu- jam pauciores.

nec unq; va-
certus nu-
merus.

V. Etenim in V. T. tempore Mosis personæ sacræ fuerunt; summus Sacerdos, Sacerdotes secundi ordinis, Levitæ & Nazaræi, qui numerus tempore Davidis ita adactus est, ut præter hos, fuerint Præpositi, Judices, Ostiarii, Cantores. In N. a. T. præter Apostolos, Prophetas, Evangelistas, Pastores, Doctores, di- flinctæ ministrorum appellations enumerantur.

Probatur
ex V. Exo.
28, 29. Lev.
21. v. 10.
Num. 8, 6.
seq. &c. *

* 1. Par. 23. v. 2. 3. seq. & N. T. Ephes. 4, 11. Act. 6, 1. 1. Cor. 12, 28. 29. 30.
& 14. v. 26. 27. 1. Tim. 3. v. 2. Rom. 12. 8. &c.

VI. Nam crescente Ecclesiâ, necesse est numerum quo- que ordinum sacerorum accrescere; idq; quia omnia munia sa-

Crescente
Eccles. cre-
bra, scit simul

A

numeris ordinum. cra, qvæ in domo Dei obeunda sunt, non possunt ab unius ejusdemq; ordinis hominib^o commode expediri. Sic Apostoli initio qvidem omnia veri Pastoris munera obierunt, prædicabant, Sacra menta administrabant, pauperum & ægrotorum curam gerebant, mores auditorum censebant. At verò cùm numerus auditorum maximè cresceret, anima dverterentq; Apostoli, quod non possent fructuosè & concionibus & curæ pauperum præesse, elecu sunt Diaconi, qvibus cura pauperum concredita est. Imò cùm Ecclesia Dei jam stupenda planè caperet incrementa, adeò ut Paulus diffideret, se posse commode & Evangelium annunciare, & sacramentorum administrationem decenter curare, ministerium verbi ita curandum suscepit, ut sacramentorum administrationem alii committeret.

Act. 6, 1, 2.
Cor. 1, 17.
Donorum dispartas ordinem facit.

Ordo est institutū divinum.

Propositio

Ministerij Ecclesiastici

Necessitas.
1. Cor. 1, 21.
Rom. 10.

v. 14.

Act. 10, 6.

Gal. 1, 12.

VII. Deinde ipse Deus donorum varietate ordinem facit inter ministros Ecclesiae, qvæ donorum diversitas, cum non solum in primitivæ, sed etiam hodiernæ Ecclesiae ministris sive doctoribus animadvertisatur, ideo in nostra quoq; Ecclesia potest & debet dignitatis atq; graduum differentia retineri.

VIII. Atq; ex his & similibus liquido constat, distinctos status Ecclesiastici ordines non esse humanum aut novum inventum, sed institutum divinum, in sacris literis tūm V. tūm N. T. fundatum, & crescente aut decrescente Ecclesiâ numerum ordinum sacrorummodo auctiorem, modo contractiorem esse. De hoc ordine docentium in Ecclesiis ac Scholis, eorumque munere pauca proponere nostri est instituti.

IX. Doctoribus Ecclesiasticis primum inter docentes locum damus, qvem facile obtinebunt, si summam eorum necessitatem, utilitatem ac dignitatem respiciamus. *Necessitas* dependet ex divina ordinatione, quam adeò sancte & intemeratè Filius Dei observavit, ut ne ipsum qvidem Cornelium per Angelum, qui cum ipso loquebatur, de via salutis erudire voluerit, sed ad ministerium Ecclesiasticum, videlicet ad Petrum eum remiserit, à quo audire debuit, quid ipsum facere oportuerit. Ad licet Paulum extraordinariè per cœlestem apparitionem converteret, (unde is negat se suum ab homine Evangelium acceptisse,

pisce) tamen in honorem ministerii ad Aniam ipsum remisit
à quo itidem ipsi diceretur, quid oporteat facere. Et qvam
tristes seqvi soleant effectus sublato verbi ministerio, brevibus,
sed valde emphaticis verbis docet Salomon, dicens: Cum non
fuerit visio sive Phophetia, hoc est, cessante publico verbi mini-
sterio, rebellis erit populus, id est, ex significationibus phraseos
Hebrææ, denudabitur verâ ac salutari Dei cognitione, rebellis &
inobedientis fiet Deo creatori, feriabitur ac cessabit à studio bono-
rum operum, & dissipabitur instar ovium non habentium Paster-
rem. Notandum tameh, quod hæc necessitas non sit *absoluta*, Hypothe-
posset enim Deus immediate & extraordinarie etiam absq; ver-
bi prædicatione & ministerii Ecclesiastici *Cœugeyia* homines
converttere ac salvare, sed *hypothetica* ex hypothesi divinæ
doctrinæ, & institutionis unicè dependens. *Utilitas*.
lucet ex præstantissimis illis effectis, qvæ mediantे ipsius operâ à
divina gratia ad nos redundant, qualia sunt, hominum conversio
à tenebris ad lucem, & à potestate Satanæ ad Deum, reconcilia-
tio cum Deo, illuminatio spiritualis, Spiritus Sancti collatio, &
salvatio. *Dignitas* ejusdem ex necessitate & utilitate conspi-
citur, ad qvam accedit, quod Deus hunc ordinem non solùm in-
stituerit, sed etiam benignè hactenus conservarit contra Satanæ
& mundi furores, quod tota SS. Trinitas eò fuerit perfuncta.
officio, quod honor & contemnit Ministerii ad ipsum DEUM
ordinis hujus autorem redundet &c. *Summatim*, sive respiciam
ad causam efficientem, DEUM scil. ordinis hujus autorem, sive ad
objēctum, circa quod versatur, animas scil. hominum & myste-
ria divina, sive ad effectus divinos, hominum scil. conversionem
& salutem, sive ad socios hujus ordinis, Christum scil. caput, Pa-
triarchas, Prophetas, Apostolos &c. sive ad honorifica *encomia*
huius ordini à spiritu Dei passim in scripturis sacris attributa, di-
gnitas ministerii ubiq; eluet.

X. Inter hos Ecclesiæ Doctores diversæ sunt dignitatis
gradus, qvos contra Bezam patrocinium à *Caçias* servidiū su-
scipientem, ob *Ugæian* & concordiam in Ecclesia conservan-
dam

A 3

Distincti
gradus mi-
nistrorum
Ecclesia-
sticorum.

Act. 9, 6.

Prov. 29.

v. 18.

Mar. 6, 34

Hypothe-
tica.

Utilitas.

Luc. 1, 16.

Act. 26, 18.

2Cor. 5, 20

Matt. 5, 14

Gal. 3, 2.

1Tim 4, 16

Dignitas.

Matth. 10.

v. 40.

Luc. 10, 16.

dam, ædificationem commodiùs promovendam, pariter & donorum varietatem utiles ac consultos esse argumentis è Test. tūm V. tūm N. modò adductis nixi certò affirmare minime dubitamus.

Eph. 1, 21.
Col. 1, 16.
1 Pet. 3, 22.
2 Cor. 5, 20

Quemadmodum enim inter sanctos Angelos in Ecclesia triumphante Deo ministrantes sunt certi ordines divinitus constituti: Ita quoq; inter ministros verbi in Ecclesia militante, quæ triumphantis est quoddam ~~απειρόντα~~ & ~~διπλωμάτη~~ pro Deo legatione fungentes, certi gradus divinitus sunt definiti,

De quibus
notandum

Matt. 28.

v. 19. 20.

Job. 20, 22

1. Cor. 4, 1.

1 Cor. 3, 5. 7

2 Cor. 12, 9.

Divisio mi-
nistrorum
sacrorum
in V. T.
2. Cor. 3, 6.

Ante Le-
gem.

Primoge-
niti.

Gen. 49, 3.

XI. Sed distinguenda hic probè est potestas ministerij, à potestate ordinis. Qvamvis enim diversi nec esset sicut in ministerio Ecclesiastico ordines, tamen potestas ministerii in prædicatione verbi, administratione Sacramentorum & usu clavium consistens, omnibus ministris ex æquo competit, velut ex æquo concessa est, proinde verbum prædicatum, Sacraenta dispensata, & absolutio annuntiata ab eo, qvi legitimè ad ministerium Ecclesiasticum vocatus est, etiamsi in infimo ministerii gradu constitutus sit, tam valida sunt & efficacia, qvam si à Summo Episcopo, Propheta vel Apostolo fuerint prædicta, dispensata & annuntiata. Ut enim donorum, ita quoq; gradu, um diversitas non mutat doctrinæ & Sacramentorum vim sive efficaciam,

XII. Tota autem hæc res non potest clariùs dignosci, qvam si distincta Ecclesiæ tempora respiciamus. Quemadmodum enim Ecclesia distinguitur in Ecclesiam V. & N. T. ita quoq; ministri Ecclesiæ distribui possunt in ministros V. & N. T. Vt. Test. ministros subdividimus in eos, qvi vel ante legem Mosaicam, vel post sacris ministeriis fuisse initiati. Illorum rursus qvidam ante, qvidam post diluvium docuerunt. Utriq; tam V. qvam N. T. ministri aut ordinarij sive perpetui, aut extraordinarij sive temporarii fuerunt.

XIII. Ante legis Mosaicæ promulgationem &c cultus Levi-tici institutionem munus docendi ordinariæ à primogenitis familiiarum fuit administratum, unde Ruben primogenitum suum Jacob vocat primum in donis, seu sacrificiis Deo offerendis.

Idem

Idem constat exemplo Esau, cui tanquam primogenito tribuuntur fragrantes illæ vestes, quæ certè non aliæ fuere, quam Sacerdotales. Et quod huc cumpromis pertinet, primogeniti diserte dicuntur *Sacerdotes*. Præter hos Ecclesiæ per singulas familias distinctæ Doctores ordinarios Deus quosdam extraordinarie excitavit, quibus per apparitiones, visiones, somnia, Angelicas ostensiones, se seclarius patefecit, spiritu Prophetico illos implevit, donis peculiaribus exornavit, corruptelas doctrinæ illorum ministerio repurgavit, & præ reliquis ad fastigium autoritatis in Ecclesia extulit, unde etiam *nōl' ἐξ οὐρανοῦ Patriarchæ & Prophetæ* dicuntur. Tales Ecclesiæ ante Mosen collectæ Doctores extraordinarii fuere, *Adam, Seth, Enos, Enoch, Noah, Sem, Abram, Isaac, Jacob, Joseph.*

XIV. Post solennem legis promulgationem Israelitis ex Ägyptiaca servitute educitis in monte Sinai per Mosen divinitus factam, institutum fuit *Leviticum Sacerdotium*, in quo dignitas Sacerdotii ad oriundos ex tribu Levi fuit translata, ut penes illos hæreditaria & ordinaria maneret. Hierarchia illa *Levitica* in tres ordines fuit distincta. Unus enim inter Levitas erat *summus Sacerdos Aäronis successor*, caput & vertex totius Hierarchiæ, (cui tamen adjunctum fuisse Collegam, qui ipso vel absente vel iniuncto partes muneric sustineret, ob id *Sacerdos secundus dictus*, videtur, qui summo Sacerdote quidem erat inferior, interim reliquis omnibus superior) huic suberant *Sacerdotes reliqui ex Aaronis posteris oriundi, secundi ordinis propterea nominati*, quibus *Levite* in sacrificiis & aliis divini cultus partibus expediundis ministrabant.

XV. *Sacerdotum officia* quædam ad plerosq; omnes Sacerdotes pertinebant, quædam erant Sacerdoti Summo propria & peculiaria. *Communia* erant victimarum in altari holocausti oblation, pro peccatis populi in sacrificiorum oblatione deprecatio, solennis populi benedictio, ignis perpetui in eodem altari per ligna subjecta conservatio, thymiamatis in altari ad id destinato incensio manæ & vesperi quotidie peracta, lucernarum in candelabro aureo per olei affusionem præparatio, panum propo-

Genes. 27.

v. 15. 27.

Exod. 19.

v. 22.

Patriar-

chæ.

Act. 7, 8.

Heb. 7, 4.

Jud. v. 14.

Gradus mi-

nistrorum

post legem

Sacerdo-

tes Levi-

tici.

Exod. 28, 1

Num. 1, 50.

c. 3, 6. &c.

Quorum

tres ordin.

Summus

Sacerdos.

2 Reg. 25, 18

Num. 3, 32

Sacerdo-

tes infer.

Levite.

Offic. Sac.

Commun.

Lev. 1, 9.

c. 9, 7.

Num. 6, 23

Lev. 6, 12.

Exo. 30, 7.

Levit. 24. propositionis singulis sabbathis facienda permutatio, vacca rufa
v 2. & 8. extra castra immolatio, ex cuius cineribus parabatur aqua lustra.
Num. 19, 3. mulieris de adulterio suspecta in casu zelotypiae adjuratio.
Num. 5, 11. tio, lepra à reliquis scabiei speciebus discretio, leprosorum, pu-
Lev. 13, 2. erperarum, menstruarum, & seminifluorum mundatio, legis
c. 12, 7. divina interpretatio, & populi ex ea informatio, tubarum in pro-
c. 14, 2. gressu ad bellum in festis & neomenii inflatio. *Propria summi*
c. 15, 13. Sacerdotis officia erant, publica pro se, domo sua & toto populo
Mal. 2, 7. ab omnibus immunditiis expiatio die 10. mensis I. annuatim per-
Num. 10, 8. agenda, reliquorum Sacerdotum consecratio, ultimæ sententiae
c. 31, 6. in controversiis forensibus pronuntiatio, oraculi divini in causis
Summo dubiis interrogatio. *Ceterum*, ut ab Aarone Pontificum &
Sacerdoti Sacerdotum, sic per reliquos Levi filios genus *Levitarum* est pro-
pria. pagatum, qui in numerum sacris operantium cooptati, (quod an-
Levit. 16. no ætatis 25. fieri consueverat) victimarum præparatione, vasos
Num. 8, 10. rum custodia, purgatione & aliis operibus Sacerdotibus mini-
c. 27, 21. strabant, & horâ sacrificii psalmos canebant. Adeoque erant cu-
i Sam. 23, 9. stodes & janitores, qui portabant arcā, velum, mensam, cortinas,
Levitarū. tectum tabernaculi, tentorium, funiculos, vasā, tabulas, vestes,
Num. 8. v. columnas, bases, & rotam supellecilem; distributi erant in tres
24. 25. 26. familias: *Gersonitharum, Caathitarum ac Meraritarum*, singulisque
Quorum divino mandato assignatum, quas sacræ supellecitis partes por-
tres fami- tarent, sed jus sacrificandi non habuerunt.
XVI. Auctō & Israelitarum & Levitarum numero Pro-
Numer. 3. pheta Regius David Sacerdotes ex Eleazar & Ithamar Aaronis fi-
liis prognatos in 24. familias sive classes distribuit, & ordinem
& 4. earum sortibus divisit, ut singulis septimanis novi Sacerdotes
Num. 18, 3. ex aliis familiis accederent; cumque singulis Sabbathis nova Sa-
Ordines cerdotum familia sacrorum ministerio adhiceretur, singulorum
à Davide ministerio certi dies præscribebantur. Singulis classibus præ-
instituti. tant Sacerdotes, qui principes Sacerdotum & sanctuarij vocaban-
24. *Famil.* tur. Cessante vero ministerio ferendæ arcæ, Levitarum alios
i Par. 24, 5. statuit Sacerdotum & templi ministros, alios cantores, alios janito-
2 Par. 23, 5. res, alios scribas, alios judices. Sacerdotum & templi ministri a-
2 Reg. 11, 7. quam & ligna portabant ad tabernaculum & decimas recipie-
Luc. 13, 5. bant,
1. Par. 24, 5. Ministri Sacerdotum & templi.

bant, templum & vasa ejus purgabant, si quando contaminata fo-
rent, sacrificia Sacerdotibus adducebant, & in horum pellibus
detrahendis, inq; aliis, qvæ opus essent quotidie, aut sabbatho,
aut diebus festis eos adjuvabant, præcavebant insuper, nè quis
impurus tabernaculum ingrederetur &c. *Cantores* psallebant
hymnos sacros tempore sacrificii, & voce & organis, vid. tubis,
cymbalis, psalteris, cytharis. *Janitores* ad januas templi excu-
babant & sacras arculas observabant, qvorum munus reliquis o-
mnibus inferius fuisse videtur. *Scribæ* describebant, legebant
& interpretabantur sacras literas. *Judices* dirimebant contro-
versias. Atq; hisce Levitis ministrabant *Nathan* ex Gibeonitis
propagati, qvilibet ligna cædebant & aquas hauriebant.

Cantores.

Janitores

Ps. 84, 11.

Scribæ.

Jer. 8, 8.

Judices.

XVII. Ordinariè igitur ministerium Ecclesiasticum à
Mose usq; ad Christum *Leviticius*. *Sacerdotibus* fuit demandatum;
quia verò illi in conservanda ac propaganda doctrinæ coelestis
puritate erant quandoq; negligentes, Baäliticis aliisve idololat-
ricis cultibus eam contaminabant, atq; exinde variæ corruptelæ
oriebantur, extraordinariè vocavit DEUS *Prophetas*, qui à cor-
ruptelis illis doctrinam repurgarent, ad pœnitentiam commi-
natione pœnarum securarum populum cohortarentur, atque
promotionem de Messia repererent & illustrarent. In doc-
endo munus horum cum *Sacerdotum* conveniebat, sed differe-
bant (1) *Origine*. Sacerdotes semper erant ex tribu Levitico, &
quidem ex Aäronis posteritate, sed Prophetæ etiam ex aliis tri-
bus divinitùs excitabantur. (2) *Modo vocationis*. Sacerdotes
per ordinariam successionem ministerium Ecclesiast. obtine-
bant, Prophetæ per extraordinariam missionem, peculiari spiri-
tus S. afflato illi admovebantur. (3) *Officij*. Sacerdotum offici-
um erat non tantùm docere, sed etiam sacrificare. Prophetæ
verò docendi munere contenti partes sacrificandi nunquam at-
tingebant. Singulare autem & extraordinarium fuit sacrifici-
um *Eliae*, peculiari Dei instinctu ad convincendos Baäliticos Sa-
cerdotes factum, ac eapropter extra locum à Deo definitum,
qvod alias severè erat prohibitum, oblatum. 4 *Donorum*
mensurā, Sacerdotes non fuerunt instructi dono miraculorum,

Prophetæ.

Discrimen

Sacerdo-

tum &

Propheta-

rum V. T.

1. *Reg. 18.*

v. 38.

B

nec

nec scientia futurorum... Sed Prophetæ dono miraculorum,

1. Sam. 9. Scientia futurorum, aliisq; peculiaribus & extraordinariis donis
v. 9. prædicti fuerunt, dicti alias videntes. (5) *Doctrina certitudine.*

Sacerdotes errandi periculo fuere obnoxii, sed Prophetæ ut potè
à Deo afflati, in doctrina non errarunt, nec errare potuerunt. (6)

Duratio. Sacerdotes fuerunt in populo Israëlitico usq; ad Chri-
stum, sed Prophetæ à temporibus Samuelis usq; ad Malachiam
ultimum V. T. Prophetam floruerunt, post cujus tempora nul-
lus amplius ad Israëlitas missus fuit Propheta...

Ministri

Ecclesia in

N.T. ante

Christi a-

scensione.

Job. Bapt.

Luc. 3, 2.

Christus.

Job. 1, 15.

Matt. 3, 17.

i. Pet. 5, 4.

Heb. 2, 17.

i. Pet. 2, 25.

Hebr. 1, 1.

Apostoli.

Matt. 4, 18

c. 28. v. 19.

&c.

Discipuli.

Luc. 10, 1.

PostChri-

sti ascens-

onem.

Ephes. 4.

v. 11. 12.

i. Cor. 12.

v. 28. seq.

Tit. 1, 5.

Actor. 6, 1.

XVIII. In N. T. *Johannes Baptista* divinò mandato mini-

sterium docendi & baptizandi inchoavit, viamq; Christo para-

vit. Eum statim sequutus est ipse CHRISTUS Dei filius in car-

ne manifestatus, qui ad hoc officium solenniter in baptismo est

introductus, & propterea dicitur *Δεκτισμός, Δεκτηρί-*

οντος Τυπού; atq; in eo typus Sacerdotii Levitici com-

plementum suum obtinuit. Ceterum cum non solùm ad do-

cendum, sed etiam & quidem cum primis ad genus humanum

per passionem & mortem redimendum à Patre coelesti missus

fuerit, quod redēptionis opere peracto ad dextram Dei conside-

re debuit, ideoq; Apostolos in primo statim ministerii sui

exordio, quos peculiariter sibi ascitos & associatos ita in schola

sua informavit, ut ad Evangelium in toto orbe prædicandum i-

psos postea ablegaret, sed & alios 70. Discipulos in civitates Ju-

dæx ad prædicandum misit binos ac binos.

XIX. Atq; hic ante Christi ascensionem inter Ecclesiæ N.

T. ministros fuit ordo. Verùm post ascensionem Christi, plures

fuere inter Ecclesiæ ministros gradus atq; ordines constituti.

Christus enim ad dexteram Patris per suam in cœlos ascensio-

nen collocatus dedit alios quidem Apostolos, alios vero Propheta-

tas, alios autem Evangelistas, alios autem Pastores ac Doctores,

ad coagmentationem sanctorum & opus ministerii. Episcopos

ordinarunt Apostoli, & ut Pastores suo operi commodius vaca-

rent, ipsis Seniores ad Ecclesiæ gubernationem, & Diaconos ad

curam pauperum aliorumq; afflictorum adjunixerunt.

XX. Inter hos qvorundam vocatio fuit immediata & nul-

li certo



li certo loco alligata, qvalis, sicut olim fuit vocatio Mosis, Esaiae, *Vocatio*
Jerem. sub V. ita & Apostolorum, Prophetarum & Evangelista- *immedia-*
rum sub N. fœdere: qvorundam verò *mediata* & ministerium *ta &*
certorum locorum, qvalis fuit Aaronis ac cœterorum Sacerdo- *mediata*
tum & Levitarum in V., Episcoporum, Presbyterorum, Dia-
conorum, Pastorum, Doctorum in N. T. Deinde qvidam *ordines* *Ordines*
fuere certi temporis, & Ecclesiæ fundationi peculiariter destinati, *tempori-*
qui ideoq; Ecclesiæ constituta exprarunt, utpote munus Aposto- *ry &*
lorū, Prophetarum, Evangelistarum, dona sanationum, virtutes,
generalia linguarum: qvidam verò *perpetui* sunt in Ecclesiæ, & Ec- *perpetui.*
clesiæ pleniori ædificationi & consummationi inserviunt, quo
rum officium usq; ad Christi adventum extenditur, ut Episcopi,
Presbyteri, Pastores, Doctores, Diaconi. De singulis ordine
suo loco differemus.

XXI. *Apostoli* erant primarii & universales Ecclesiæ N. T. *Apostoli.*
Doctores, ad Ecclesiæ Catholicæ fundamentum, qvod est Chri-
stus, ubiq; terrarum ponendum ab ipso Christo immediatè atque *Matt. 28.*
extra ordinem missi, dono absq; errore alias docendi, doctrinæq; suæ veritatem miraculis confirmandi instructi. Atq; ad *v. 19.*
hoc summum Apostolatus officium solenniter inaugurati sunt *Matt. 10, 1.*
die Pentecostes visibili Spiritus S. effusione, redintegratæ prius *Job. 16, 13.*
sanctâ ipsorum dodecada per Matthiam in locum Judæ proditoris sortis judiciò electum, & postmodum adjuncto ipfis Paulo *Act. 2, 1. 2.*
electo illo Christi organo, qui se passim vocat *c. i. v. 26.*
Apostolum. *Act. 9, 15.*
Rom. 1, 1.
1. Cor. 1, 1.
&c.

XXII. *Prophetæ*, qui sub N. T. vixerunt, dono, tūm futu-
ra prædicendi, tūm loca scripturæ difficiliora perspicue inter-
pretandi, & ad Ecclesiæ ædificationem dextrè applicandi singu-
lari spiritus illustratione prædicti fuerunt. A priore dono de-
scribitur Agabus, qui famem sub Claudio, & Pauli vincula præ-
nunciat; & hoc dono benignissimus Deus vi promissionis suæ
etiam fœmineum genus in illo N. T. exordio instruxit. Ab utroq;
Barnabas, Simeon alias dictus Niger, Lucius Cyrenæus, Manahen
& Saulus, qui propterea Prophetæ & Doctores appellantur. A
posteriori, illi de qvibus Apostolus differit ad Corinthios. *Act. 21, 9.*
Act. 13, 1.
1. Cor. 14.
v. 29. seq.

XXIII. *Evangelistarum* alij ab Apostolis ad Evangelium *Evangeli-*
B 2 una *stæ.*

unā cum ipsis prædicandum vocatierant, ideoq; ipsos ut Cœsp.
zoi & Guilelm. regi comitabantur, nisi cum ab ipsis ad tempus
certis quibusdam Ecclesiis præficerentur : quales erant Barna-

Iren.lib.3. bas, Timotheus, Titus, Tychicus, Silvanus, Judas, Barsabas, Silas, & alii inter quos dubio procul fuere conplures ex. — Di-

c. II. & 14. Silas, &c alii, inter quos dubio procul fuere complures ex 70. Di-
Hier. in ca scipulis: alij erant amanuenses Spiritus S. & scriptores historiæ

tal. Illusfr. Evangelicæ de vita & morte, dictis & factis Salvatoris Christi.

Euseb. l.6. Inter hos duo fuere Apolloli propriæ licet dicti, *Matthæus & Iohannes*, duo Evangelistæ specialiter ita appellati, *Marcus Petri*,

&c. & Lucas Pauli individuus comes.

Pastores. XXIV. *Pastores* erant verbi divini dispensatores, certis Ecclesiis docendis ac regendis ab Apostolis & Evangelistis præ-

Ecclesiis docendis ac regendis ab apostolis & Evangelii præcepti disseminato enim in omnes partes mundi Evangelio, excusione non habemus.

Matt. 28. sus non fuit amplius necessarius, sed unicuique Episcopo aut Pastor iuxta Ecclesiae cura commissa est. Horum officij partes i-

*v. 20. Hoc haec Ecclesia cura confirmavit. Forum omni partes i-
c. 18. v. 17. psis cum superioribus Ecclesiæ Doctoribus extraordinariis com-*

Act. 20,36. munes qvidem fuerunt; Populum Dei ex verbo ipsius docere,
eisdem Sacramenta iuxta Christi institutionem admiſſione pro-

Eph. 3, 14. eidem Sacra menta Juxta Christi Initiationem administrare, pro eodem preces suas ad Deum fundere, & frænō disciplinæ Eccle-

siaſtice eum intra limites obedientiæ Deo secundum verbum,

ipius debitæ continere, sed privilegio infallibilitatis destituebantur, & errare poterant, si à doctrina Apostolica discedere &

et errare poterant, si a doctrina ipsius Iesu dicere et propriis speculationibus indulgere vellent: immediatâ enim vo-

catione carebant, nec dono miraculorum instruēti, nec ad munus Apostolicum Ecclesias fundandi & Evangelium in toto or-

be prædicandi electi.

Doctores. XXV. *Doctores erant Prophetarum N. T. imitatores, qui diversarum linguarum scientiarum atque historiarum cogni-*

qui diversarum linguarum, scientiarum atque historiarum cognitione instructi, sacras scripturas juxta fidei analogiam interpre-

tabantur, easq; aptâ methodo aliis proponentes, ab hereticorum corruptelis & infidelium calumpniis vindicabant. Qvos idcirco

corruptelis & infidelium calumnis vindicabant. Qvos idcirco
Apostolus à Pastoribus discernit, qvod illi in doctrina & redargu-

tione ad fidem vacillantium confirmandam, hi in correptione
& ad cognitionem ad visum necessarium emendationem operas suas

Rom. 12. & admonitione ad vitam peccantium emendandam operas suas
principue occuparent. Unde illis $\tau\alpha\beta\epsilon\pi\omega$ docendi, his ex-

v. 7. 8. hortandi munus attribuitur. XXVI.

XXVI.

XXVI. *Episcopi*, Latinis *Inspectores*, sive ut hodiè in Ecclesia loquimur *Superintendentes*, speciali significatione fuere ministri Ecclesiæ, qibus ob ~~læ~~ Ecclesiasticam & concordiam alendam inter ipsos Pastores, non solum commissi gregis cura, sed etiam aliorum Pastorum ac Presbyterorum inspectio demandata est; adeoq; & docendi Ecclesiam, & in doctrinam, vitam ac mores Pastorum inqvirendi munus iis commissum est, quo nomine etiam à Diaconis discernuntur.

Phil. 1, 1.
1 Tim. 3, 2. 8.

XXVII. *Presbyteri* ac *Seniores* in Apostolica & primitia Ecclesia secundū sententiam communiorē fuere duplices. Quidam enim laborabant in verbo & doctrina, h. e. erant Pastores & Doctores Ecclesiæ; quidam erant duntaxat ἡγεμονοί, qui unā cum Doctoribus Ecclesiam gubernabant, curam religionis & doctrinæ habebant, morum censuræ ac Ecclesiasticæ disciplinæ conservandæ præerant, cum magistratus adhuc Ethnicus docentes in Ecclesia hac in parte destitueret. Ex utrisq; simul conjunctis collectum fuit illud collegium sacrum, qvod Paulus vocat *Presbyterium*, cui hodiè respondet *Consistorium*, sive senatus Ecclesiasticus, in quo Ecclesiastica & politica personæ præsident, potissimum disciplinæ Ecclesiasticæ curam habentes.

Presbyt.
1 Tim. 5, 17.

Act. 15, 22.
Heb. 13, v. 7

17. & 24.

1 Tim. 4, 14

XXVIII. *Diaconi* non saltē mensis ministrabant, h. e. providebant pauperibus, orphanis, viduis ac peregrinis de necessaria sustentatione in illa bonorum communione, & dispensatione bonorum Ecclesiasticorum præfeci erant, (unde hodiè præfeci aerarii Ecclesiastici) sed etiam Episcopis sive Presbyteris in docendi & Sacramenta administrandi munere erant conjuncti, ut vices eorum nonnunquam supplerent, & labores allevarent.

Diaconi.
Act. 6, 2.

XXIX. Hisce Apostolicis viris successerunt primitivæ Ecclesiæ Doctores, qvos Patres appellare consuevimus. Illos securi sunt Doctores *Scholastici*, per qvos licet magnæ in doctrinam Christianam tenebrae immissæ fuerint, ob confusionem Philosophiæ & Theologiæ, tamen illo quoq; tempore & Ecclesiam & ministerium Deus conservavit, retentis fundamentalibus doctrinæ Apostolicæ capitibus apud aliquos integris, & exci-

Patres.
Scholasti- ci.

Lutherus. tatis oppressæ penè veritatis testibus errores invalescentes accusantibus ac damnantibus, donec tandem ministerio B. Lutheri & symmystarum lux doctrinæ Evangelicæ ex Papalium errorum ac superstitionum tenebris singulari Deibeneficiò emergens Ecclesiæ fuerit restituta, ac longe latèq; in ea propagata, ministerio Evangelico ad nostra usq; tempora contra omnes Satanæ conatus & molitiones conservatō, atq; ad ultimum usq; judicii dieni conservandō.

Ministri
Ecclesiæ
nostris mo-
ribus &
temporib;
Episcopi.
Prepositi.
Pastores.
Diaconi.
Archidia-
coni.
Schola fe-
minaria
Ecclesiæ.

XXX. Atq; hæc de ordine & munere ministrorum sa-
crorum V. & N. T. dixisse sufficiat'; nostra tempora qvod atti-
net, ultra *Superintendentes*, *Prepositos*, *Pastores*, *Diaconos* atq; *Archidiaconos*, vix alia personarum verè & strictè Ecclesiastica-
rum nomina sunt nota, vel usu observata, ad qvos qvæ spectant,
nonnulla ex præcedentibus elici possunt, nonnulla ob nimiam
prolixitatem rædium plerunq; lectoribus parientem scientes
præterimus, cùm & de his plurimi plurima scripserint. Pergi-
mus ad *Doctores* & ministros Scholasticos.

XXXI. Ad statum Ecclesiasticum pertinent & reduci
necessariò debent *Scholæ*, qvæ sunt veluti seminaria & plantaria
Ecclesiæ, sine qvibus diu subsistere nequit. Qui enim ad mini-
sterium Ecclesiasticum olim promovendi, illi in scholis prius
sunt informandi ac instituendi, neq; enim salutaris Dei cognitio
post lapsum hominibus innascitur, nec *ī karótns* in ministerio re-
quisita immediatè absq; prævia informatione alicui conceditur.
Quemadmodum hortus optimè licet cultus, & feracissimis ar-
boribus uberrimè consitus ætatem at perennitatem obtinere ne-
quivit, nisi in seminariis, qvæ ita vocant, ac plantariis tenellæ edu-
centur ac formentur arbores, qvæ in locum vetustate marcida-
darum ac emortuarum olim succedant: Sic Ecclesiasticum mi-
nisterium diu conservari nequit incolüme, nisi in scholis for-
mentur & educcentur, qui ministris ad æternæ vitæ consorium
per mortem translatis in officio succedant. Imò sublatis scholis,
friget pietas, exultat religio, pessum it regio, sordet justitia, &
dissiuitur omnis humanæ societatis communio; Scholæ igitur
sunt omnis virtutis ornamentum, labantis patriæ firmamentum,
Eccle-

Ecclesiæ senescentis fundamentum : In scholis animi si languent, gloriæ studiœ excitantur, si subsistant, honestà qvadam æmulatione instigantur, si progrederiantur, spe præmii invitantur, si scopum asseqvantur, honorantur, juxta illud Poëta *πλυθράλην* :

Utr rosa dat florem, flos fructum, fructus odorem.

Sic Schola dat morem, mos laurum, laurus honorem.

Quemadmodum itaq; in corpore humano suavissima est venarū & arteriarum *Κύτωσις* sive combinatio : Ita in corpore Christi mystico Ecclesiæ ac Scholæ pulcherrimâ qvadam harmonia sibi invicem sunt conjunctæ.

XXXII. In Scholis autem eminent Academiæ, qvæ sunt Academiæ cætus docentium certis privilegiis munitus, & vulgò universitatis appellantur, non qvod universa artium liberalium genera, & studium universi, h. e., optimarum omnium disciplinarum ac rerum complectantur, ut aurumant Goclenius & Besoldus, nam & Academia Parisiensis, & Aurelianensis nomine universitatis salutantur, cùm tamen in illa nulla sit juris civilis professio, in hac autem nulla Theologica ; sed qvæ in Academiis ex collegiis variis una societas constituitur, ut ex singulis fiat universitas, ad qvam etiam universis patet aditus, tanq; ad privilegiatas qvasdam nundinas.

XXXIII. Plerumq; nihilominus Academiæ quatuor Quatuor continent Facultatum Collegia : Theologicæ nimirum, Juridicæ, facultates Mediceæ, & Philosophicæ, sub qva linguarum quoq; professionem in Academia comprehendimus.

XXXIV. Facultati Theologicæ primum locum meritò Theologo- tribuimus, sive enim ratione objeci, sive medij, vel etiam rati- ca. one utilitatis & certitudinis una scientia altera melior ac præstantior dicatur, nemo non fatebitur Theologiam reliquas scientias superare, atq; hinc Theologos primò honore dignos esse, qvod in prioribus satis demonstratum existimamus.

XXXV. Huic succedit Facultas Juridica, qvæ utilitate Juridica. suâ in omnes reipub. articulos se diffundit, ut sine ea neq; domus ulla, nec civitas ad momentum possit subsistere, per eam stat choro

choro & foro iustitia, quæ vinculum est universæ societatis ci-
viles, literis decor, religioni nitor; per quam Reges, & Princi-
pes justa decernunt. *Hæc* mœrentes solatur, afflictos excitat,
jacentes erigit, sceleratis est exitio, innocentibus præsidio, vi-
duis & orphanis auxilio. Hinc Professores hujus scientiæ, sive
JCTi non tantum Sacerdotes dicuntur iustitia, sed & amici, imò
Patres Imperatoris; domus etiam eorum honestissimò titulo
indigentur, ipsorum reuissimè responsa & saluberrimè con-
sultata appellantur *Oracula*.

Medica.

XXXVI. Tertium locum obtinet *Facultas Medica*, quæ
summam etiam habet necessitatem, utilitatem ac dignitatem.
Natura enim minister *Medicus* est, nec sine commoda valetudi-
ne humana felicitas sibi constat, et si cœterorum bonorum abun-
dè sit, cùm sanitas omnium bonorum temporalium sit optimum.
Et cum morbi corporis à Medico curantur, tanti beneficii mi-
nimè expers est animus. Quemadmodum enim ii, qui mare
navigant, si tempestate exortâ navis jam rimas ageret, undam
& fluëtus admireret, aliquis autem esset ex illo numero, qui vel
præsentia animi, vel arte omnes è tanto periculo liberaret, &
navem in portum statueret, is gloriam non servare navis, sed
hominum meritò referret: Ita *Medici*, qui in corpore ipso ani-
mum servant, non tam corpus mihi, quam id, quod in corpore
præstantissimum servasse videbuntur.

*Philoso-
phica.*

XXXVII. Tandem ordo *Facultatem* tangit *Philosophi-
cam*, quæ licet ratione loci infima, non minus tamen, quam re-
liquæ facultates necessaria, utilitatisq; & commodorum plenif-
fima, ut quæ viam aperit ad altiores deveniendi. Quamvis non
ignorem, quod sint, quibus visa fuit releganda *Philosophia*, &
potissimum *Mathematica*, *Metaphysica*, *Logica*, *Eloquentia*,
Poësis. Poëtas quidem è repub. sua exterminavit Plato, eo quod
moribus noceant, & pessima exempla venenum melle condi-
tum instillent: Eloquentiam alii, quod ad seditiones, motus,
oppressionem bona causæ, quæstum, odia deniq; civium faciat:
Mathematicam propter Astrologiam judicariam: *Metaphysi-
cam* eò quod futili subtilitate atq; inutili curiositate omnia fœ-
det:

det: Logicam propterea, quod captiosos & contentiosos faciat:
Tamen haec omnia uno istu succiduntur, si rerum præstantissi-
marum non usus, qui multò maximus est, ut nobis tacentibus res
ipsa loquitur, sed abusus tollatur.

XXXVIII. Academiis inferiora sunt *Gymnasia*, his *Scho-*
lae triviales & aliæ minores. In *Gymnasiis* docent variarum fa-
cultatum Professores, numerò tamen & dignitate minores, *Schola*
quām Academicī. *Scholis* pro ratione loci constitutis præsunt *triviales*,
Ecc. *Rectores* cum suis *Collaboratoribus*, sive *Collegis*.

XXXIX. Verū cum homo perfectione susceptā opti-
mum sit cunctorum animalium, utpote propter quem reliqua
omnia sunt condita, contra verò pessimum sit omnium animali-
um, si alienus fiat à doctrina, lege & judiciis, ideo tanta major
circa puerorum institutionem suscipienda cura est, quanto ma-
jora incommoda ex neglecta eorum disciplina nascuntur. Sicut
enim ager naturā fertilis, si incultus squalereat majori copiā spinas,
infelix lolium, & alia id genus profert; Ita & puer quo præstan-
tiori indole præditus est, si negligatur, ad vitia faciliter deflectit,
adeo ut quo generosiori priō animo fuerat, tanto majora postmo-
dūm scelera committat. Et ut vitium primæ conceptionis non
corrigitur in secunda & tertia; Ita quoq; errata commissa in
educatione juventutis nullis postea dehortationibus emendantur:
adeoq; ut ad esse faciat nativitas, ita ad bene esse institutio.
Et veluti in semente posita spes messis est; Ita totius reliquæ vitæ
expectatio ab educatione pueritiae pender, in qua fundamentum
Ecclesiæ & reipubl. tam togata, quām sagata latet. Ergo qui
non recte instituunt ac erudiunt liberos, non solum ipsis liberis,
sed etiam reipubl. faciunt injuriam, quod in primis de publica
institutione, quæ sit in scholis & gymnasiis accipendum, quippe
publica informatio privata & semper est præferenda, cui liberos suos
nemo, si id respub. poscat, subtrahere valet, siquidem illi æqvæ ac
parenti nascuntur. Curæ itaq; magistratus cuiusq; loci incumbit,
ut tales præficiantur scholis Ludimoderatores & Præcepto-
res, qui ad functionem hanc maxime sint idonei, tam ratione e-
ruditionis ac dexteritatis, quām pietatis, humanitatis & mode-

*Informa-
tio juven-
tutis.*

stiae, ut pueri non tantum in literis, sed etiam in Christianismo ac
pietate proficiant, & vitam insectentur virtuosam. Aeternae
DEUS, ac Pater Domini nostri IESU CHRISTI spiritu tuo do-
centes ac discentes in Ecclesiis & Scholis rege atque gubernat, ut
vergant omnia in nominis tui semperternam gloriam, & multa-
rum animarum aeternam salutem, AMEN.

Ad Eximum

DN. RESPONDENTEM,

Sororis meæ Filium optatissimum.

Quem non sedulitas, quem non labor improbus
urget,
Edita doctrina templa subire nequit.
Tu, quid sedulitas possit, testaris abunde
Nec verbis opus est, ipsa ubi res loquitur.
Gratulor Ego plausu testor mea vota secundo,
Quod cœptum est, faustis exeat auspiciis.

PRÆSES.

Ad Præstantissimum DN. RESPONDENTEM

Amicum, & hactenus Convictorem ac Domesticum
singulariter dilectum.

Dum labari turbam, venerandaq: nomina dicis
JANE, tuum inter tot nominâ nomen habes,
Quæris qvod: Lunam, & vigilatas juro Selenas
Vel patriæ Rector, vel qvoq: Pastor eris.

Augustus Varenius, SS. Th. D.
Hebraicorum Prof. publ.

Ad

Ad Eximum Dn. Respond.

IN Disputatione Publicâ depingere
Ecclesiasticum Statum desideras
Eximie JANE, gratulans medullitus
Applaudo, Discens, disputansq; conferas
Hoc de statu sacrisq; rebus coeteris,
Ut augeas *Ecclesiasticum Statum*,
Fructum ferens uberrimo cum fœnore.

Quod vov.

*Johannes Corfinius, Theol. I.c.
Past. D. Mar. & P. P.*

Non miles sine pugnando Chiliarcha vocatur;
Sic sine certando vix, Studiose, clues
Doctor vel slarâ præclarus in Arte Magister:
Improbis ante labor quam comes astat honor.
Est opus à teneris labor, in viridiq; juventâ;
Laus virtutis amat cominus esse comes.
Hanc VELLÆ fē meres, dum jam tibi pugna paratur
Publica, quam summū NUMEN ab axe juvet!

Ita Convictori suo charissimo
gratulatur

Ernestus Cregelius,
Utzâ-Lunæb.

Sic

Sic medias inter glacies, Boreæq; sonori
Pectora nata, gelu, Musarum ardore calere
Mi VELLEIE probas, calido virtutis amore?
Gratulor ingenui ingenui prælustribus ausis,
Hæc tibi nam viridem, contexet fervida, laurum,
Sedulitas, qvæ remigio subvecta faventi,
Vasta laborandæ tentat fastigia famæ.
Heroumq; ingressa vias, qvos Gloria mundo
Consecrat, à seris habitura Nepotibus olim
Qvod segnis lethi, nebulas expugnet incerteis:
Sanctaç; composito, qvia digeris ordine castra,
Theologi, vives belli non infimus Hector.

*H*isce, utut aridâ venâ, rapidaq; crenâ
positis, Sympatriotæ & consalino
suavissimo gratulabundus

applaudebat
Axelius Trugilius,
Christiania-Norigus.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn738561878/phys_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738561878/phys_0023)

DFG



Ad Eximum Dn. R.

IN Disputatione Publicâ d
Ecclesiasticum Statum deside
Eximie JANE, gratulans r
Applaudo, Discens, disput
Hoc de statu sacrisq; rebus
Ut augeas Ecclesiasticum Sta
Fructum ferens uberrimo

Johannes Cor

Paf

Non miles sine pugnando Chilia
Sic sine certando vix, Studi
Doctor vel slara praeclarus in Arte
Improbis ante labor quam com
Est opus à teneris labor, in viridig
Laus virtutis amat cominus e
Hanc VELLE FÆ meres, dum jam i
Publica, quam summū NUMI

Ita Convictori si

gr

Erne

the scale towards document




Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 1111

Patch Reference numbers on left

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313

314

315

316

317

318

319

320

321

322

323

324

325

326

327